



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1847**

CCXVIII. Das Domcapitel verkauft der Altstadt Brandenburg den Hof Görne mit Zubehör, am 26. Nov. 1336.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

**CCXVI.** Der Bischof Stephan von Lubus benachrichtigt den Bischof von Brandenburg, daß er die beiden Städte Brandenburg vom Banne losgesprochen habe, am 1. April 1335.

Venerabili in Christo patri, domino Ludovico, episcopo Brandenburgensi, Stephanus, dei gratia episcopus Lubucensis, cum omni reverentia desiderium in singulis complacendi. Novem vestra paternitas veneranda, discretos viros consules et universitatem civium antique et nove Brandenburg civitatum super litibus et controversiis, que inter nos et ipsos dudum vertebantur ratione quorundam dampnorum, nobis et ecclesie nostre Lubucensi per ipsos illatorum, amicabiliter nobiscum concordasse; unde ipsos a sententiis excommunicationum, quibus per nos et ad instantiam nostram ligati erant, nostra et nobis in hac parte concessa autoritate, dei nomine invocato, absolvimus in his scriptis eisdem et ipsorum familiam divinis officiis restituentes et ecclesiasticis sacramentis, plebanisque eorundem locorum committentes, ut omnes et singulos dictarum civitatum, qui propriis in personis dictis nostris dampnis interfuerunt, per manuum suarum impositionem, autoritate predicta, salutari ipsis penitentia injuncta, absolvere valeant, quos etiam et singulos predictos de universis et singulis premissis nostro et ecclesie nomine absolvimus tenore presentium et quitamus. In quorum testimonium omnium presentium nostri appensione sigilli iustimus communiri. Datum Berlin, Kalendas Aprilis anno domini millesimo tricentesimo tricesimo quinto.

Nach Gercken, Stists-Historie von Brandenburg S. 550.

**CCXVII.** Der Bischof von Brandenburg quittirt über die von den Rathmannen zu Berlin und Cöln erhaltenen 300 Mark Silbers wegen des erschlagenen Propstes von Bernau, und bekennt nun die ganze Summe von 750 Mark vollständig erhalten zu haben, am 16. Mai 1336.

Nos Ludovicus, Dei gratia Brandenburgensis Ecclesie Episcopus, recognoscimus publice per presentes, quod per manus providi viri Theodorici, officialis nostri, recepimus trecentas marcas Brandenburgensis argenti et ponderis, nobis pagatas nomine Ecclesie nostre per sagaces viros Consules civitatum Berlin et Colln in festo beate Walpurgis nunc proxime preterito, occasione compositionis inter nos et ipsos ratione Prepositi Bernowiensis bone memorie facte, de quibus ipsos quitos presentibus dicimus et solutos. Cujus pecunie summa se ad septingentas marcas et quinquaginta extendit et integraliter est soluta. In cujus recognitionis evidens testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum Berlin, Anno Domini M. CCC. XXXVI. feria quarta ante festum Pentecostes.

Hibicin's Beiträge, Theil IV., 16.

**CCXVIII.** Das Domcapitel verkauft der Altstadt Brandenburg den Hof Görne mit Zubehör, am 26. Nov. 1336.

Nos Thidericus, dei gratia prepositus Wilhelmus prior, et capitulum ecclesie Brandenburgensis, presentibus lucide recognoscimus, quod diligenti cum venerabili in Christo patre:

et domino nostro, domino Ludovico, episcopo ecclesie nostre, et etiam inter nos tractatu prehabito de eisdem domini nostri episcopi et omnium nostrum consensu propter solutionem gravium debitorum, quibus ecclesia nostra annis jam pluribus apud Christianos et Judeos extitit onerata, et que hactenus de anno in annum fuerunt auumentata, et etiam auumentantur in futurum, cum intolerabili ipsius ecclesie nostre detrimento, si in totum non fieret solutio eorundem, vendidimus discretis viris: Hencken Velkener, Martino Vere, Conrado Predemiz, Hinrico Croghere, Johanni Langerwisch, Henningo Sellwelanch, Bernardo Rathenowe, Johanni Ruwen, Henningo de Beke, Hinrico Plote, Conrado Homborch et Johanni Iutergoz, antiquis et novis consulibus veteris civitatis Brandenburg, nec non toti communitati civitatis eisdem pro centum octoginta marcis Brandenburg. argenti et ponderis, nobis per ipsos integraliter jam solutis et per nos expensis in solutionem dictorum debitorum, curiam Gorne quoad ipsius hereditatem, utile dominium et proprietatem cum utroque stagno, uno dicto Tzummolt et alio ipsi curie adjacente, cum omnibus aliis et singulis, que ad eam in agris, pratis, pascuis, mericis, lignis, silvis, rubetis, paludibus et aliis quibuscumque, tam spiritualiter videlicet quoad libertatem solutionis decime et tricesime aut alterius quote, quam temporaliter hactenus spectaverunt, eorum quoad omnia et singula predicta esse volentes warrandatores juxta istius terre morem, pro nobis et nostris successoribus perpetuo renunciantes ipsi curie, hereditati, utili dominio et proprietati eisdem curie et omnium suarum pertinentiarum prescriptarum. Ad que omnia et singula nobis et dictis nostris successoribus nihil juris reservamus. Ne igitur predicta a nobis aut nostris successoribus aliquando possint quomodolibet infirmari, presentem literam ipsis dedimus, dicti domini nostri episcopi et nostris sigillis communitam. Et nos Lodewicus, dei gratia episcopus dicte ecclesie Brandenburgensis ad preces prefatorum dominorum, Thiderici prepositi, Wilhelmi prioris, et capituli ecclesie nostre in testimonium nostri consensu nostrum sigillum de certa scientia nostra duximus presentibus appendendum. Actum et datum Brandenburg, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXVI<sup>o</sup>. in crastino beate Catherine uirginis, presentibus honestis famulis Nicolao Brofeken, Johanne de Sandowe, Johanne de Ribbeke, et discretis viris Arnolde de Vri-fac et Hinrico Treskowe in Rathenowe, Petro de Tuchem, Tzabello Bekerer et Hermanno Thome in nova civitate Brandenburgensi civibus, testibus ad premissa specialiter vocatis et rogatis.

*Nach dem Original im Stadtarchive.*

**CCXIX.** Der Bischof Ludwig von Brandenburg verzeiht den Altstädtern zu Brandenburg die größliche Beleidigung, welche sie den Domherren zugesügt haben, am 26. Nov. 1336.

Lodewicus, dei gratia Brandenburgensis ecclesie episcopus, discretis viris hencen velkener, Bernardo et hinr. ratenowe, Martino vere, hinr. croghere, Johanni iutergoz, henningo sellwelanch, Conrado Homborch, johanni rode, Georgio, Wilhelmo naghel, Koppekino Stelve civibus necnon prefecto, consulibus, totique civitati veteris civitatis ibidem salutem et bone voluntatis affectum. De eo, quod vos super violencia et iniuria, quam nuper in merica Gorne dilectis nobis in Christo dominis Thiderico preposito, Wilhelmo priori et capitulo ecclesie nostre indebite irrogastis, amicabiliter cum eisdem componere studuistis, vestram prudentiam in domino commendamus. Nos ipsam compositionem gratam et ratam habentes vobis et vestrum cuilibet